Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& rursus beati lugentes quoniam ipsi consolabuntur. Merito quoque turtur & columba domino offeruntur in hostiam. quia nimirum simpler & pudica fidelium conuersatio gratum est illi sacrificium iustitiae. qua quotidie laborat in gemitu suo. quotidie lacrimis stratum suum per singulas noctes abluit. acceptissima prorsus domino uictima mactatur. Cum uero utraque auis ista propter consuetudinem gemendi presentes seque luctus & desidia supna designet. in hoc tamen differunt quod turtur solitarius. columba autem gregatim gemere consueuit. & ob id iste secreta oratione lacrimas. illa publico ecclesiae conuentus insinuat. Bene autem puer ibi primo circumcidit. ac sic impositus diebus hierosolima cum hostia defertur. qua & ipse iam inuenis pro omnem carnis corruptionem moriendo ac resurgendo calcauit. ac deinde impositus diebus cum ipsa carne iam immortali quam pro nostra salute hostiam domino fecerat ad gaudia supne ciuitatis ascendit. Et unusquisque nostrum pro aqua baptismi a peccatis omnibus quasi uera circumcisione purgatus. ac sicut proficiente gratia noue lucis ad altare semper salutaris hostia dominici corporis & sanguinis consecrandis ingeritur. nam & ipsa singularis simpler & casta nostri saluatoris humanitas quoque oblata est patri pro nobis non incongrue pro immolatione columbae siue turturis poterit figuraliter exprimi. Sic & omnis in fine mundi ecclesia primo communi resurrectione cum etiam terrene labe mortalitatis & corruptionis eruta. ac deinceps in regnum celestis ierlim bonorum uictimis operum domino commendata transferetur. Id autem symeon & anna puerile uidelicet etatis uir & femina deuotis confessionum officiis dum quae corpore parua uident. sed magnum diuinitate intellegunt arripiunt. illa profecto populi iudeorum synagogam figurare denuntiant. quae longa incarnationis ei expectatione fatigata pompus illum mox ut aduenit & piarum ulnis ac bracchiis & fidei non sicut uocibus erattare ac magnificare studuit. clamans illi